Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



OSEE

cepit eos. quia dixit. Vadam post
amatores meos. qui dant panes mi.
et aquas meas. lanam meam. et linum
meum. oleum meum. et potum meum.
Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam
spinis. et sepiam eam maceria. et semi
tas suas non inueniet. et sequetur
amatores suos. et non apprehendet eos.
et quaeret eos. et non inueniet. et dicet.
Vadam et reuertar ad virum meum
priorem. quia melius erat mihi tunc.
magis quam nunc. Et haec nesciuit
quia dedi ei frumentum. et vinum. et
oleum. et argentum multiplicauerunt ei.
et aurum quod fecerunt baal. Idcirco
conuertar et sumam frumentum meum
in tempore suo. et vinum meum in tempore suo.
et liberabo lanam meam. et linum meum
quae operiebant ignominiam eius.
Et nunc reuelabo stultitiam eius
in oculis amatorum eius. et vir non erit
et eam de manu mea. Et cessare fa
ciam omne gaudium eius. sollemp
nitatem eius. neomenia eius. sabbata
eius. et omnia festa tempora eius. et cor
rumpam vineam eius. et ficus eius.
de quibus dixit. Mercedes haec mihi sunt.
quas dederunt mihi amatores mei.
Et ponam eam in saltum. et comedet
illam bestia agri. Et visitabo super
eam dies baalim quibus accendebat
incensum. et ornabat se inaurib. suis. et
monili suo. et ibat post amatores
suos. et mei oblitus erat. dicit dominus.
Propter hoc ecce ego lactabo eam. et ad
ducam eam in solitudinem. et loquar ad
cor eius. et dabo ei vineas eius ex
eodem loco. et vallem achor ad aperi
dam spem. Et canet ibi iuxta dies iu
ventutis suae. et iuxta dies ascensio
nis suae de terra egypti. Et erit in die illa
ait dominus. vocabit me vir meus.
et non vocabit me vltra baalim. et
auferam nomina baalim de ore eius.
et non recordabor vltra nominis eorum.
Et pactum ferit eis in die illa
cum bestia agri. et cum volucre coeli.
et cum reptili terae. arcum et gladium.
et bellum conteram de terra. et dormire eos
faciam fiducialiter. Et sponsabo te mihi
in sempiternum. et sponsabo te mihi
in iustitia. et iudicio. et misericordia. et miseri
cordiis. et sponsabo te mihi in fide.
et scies quia ego dominus. Et erit in
die illa exaudiam dicit dominus.
exaudiam coelos. et illi exaudient terram.
et terra exaudiet triticum. vinum. et
oleum. et haec exaudient iezrahel. Et
seminabo eam mihi in terra. et mi
serebor eius quae fuerat absque misericordia.
et dicam non populo meo. populus meus es
tu. et ipse dicet deus meus es tu. vii.

Et dixit dominus Capitulum.
ad me. Adhuc vade. et dilige
mulierem dilectam amico
et adulteram. sicut diligit dominus
filios israel. et ipsi respiciunt ad deos
alienos. et diligunt vinacia vinae.
Et fodi eam mihi xv argenteis. et
chorio hordei. et dimidio chorori hordei.
et dixi ad eam. Dies multos expecta
bis me. non fornicabis. et non eris
cum viro. sed ego expectabo te. Quia
dies multos sedebunt filii israel
sine rege. et sine principe. et sine sacrifi
cio. et sine altari. et sine ephod. et sine
teraphim. et post haec reuertentur filii
israel. et quaerent dominum deum suum. et David re
gem suum. et pauebunt ad dominum et
ad bonum eius in nouissimo dierum. viii.

Audite verbum domini Capitulum
filii israel. quia iudicium
domino cum habitatoribus
terae. Non est enim veritas. et misericordia

//uinerunt